

*Volo ut, ubi ego sum, et illi sint mecum.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioánnem 17, 24-26

In illo témpore:

[Sublevátis óculis in cælum, orávit Iesus dicens:]

<sup>24</sup> «**P**ater, quod dedísti mihi,  
volo, ut ubi ego sum, et illi sint mecum,  
ut vídeant claritátem meam, quam dedísti mihi,  
quia dilexísti me ante constitutiónem mundi.

<sup>25</sup> Pater iuste, et mundus te non cognóvit;  
ego autem te cognóvi  
et hi cognovérunt quia tu me misísti,

<sup>26</sup> et notum feci eis nomen tuum et notum fáciam,  
ut diléctio, qua dilexísti me, in ipsis sit,  
et ego in ipsis».

Verbum Dómini.